



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De haeretico, qui dicebat diabolum esse principe[m] huius mu[n]di, eo  
quòd mundum creasset cap. 25.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

de hoc argueret, respondit: Sciatis frater me non frequentare conuenticula hæreticorum propter hæreses, sed propter puellas. Ecce talis est vita & lex hæreticorum. Nec mirum, quia non credunt resurrectionem, vel gehënam, siue pœnam malorum: impunè enim transire putant, quæcunque agunt. APOLLONIVS: Audiui quòd multi hæretici sint in Longobardia. CÆSARIVS: Hoc mirum non est, habet enim suos magistros in diuersis ciuitatibus apertè legentes, & sacram paginam peruersè exponentes.

## CAPVT XXV.

**E**O tempore quo Otto rex profectus est Romanam coronari in Imperatorem, & issent cum eo Ioannes Episcopus Cameracensis, Henricus Scholasticus sancti Gereonis, magister Hermannus canonicus Bonnensis, simul ingressi sunt cuiusdam heresitichæ scholas. Locum quem tunc legebat is erat; Iam iudicium mundi venit: iam princeps mundi huius eicietur foras. Quem locum ita glossauit: Ecce Christus diabolum principem huius mundi vocauit, quia hunc mundum creauit. Cum quo prædictus Hermannus satis durè disputauit, & sicut mihi retulit, quòd Deus creasset omnia visibilia & inuisibilia, corporalia & spiritualia, non solū ex scripturis, sed ex oratione monstrauit. Hæc dicta sint de hæreticis, qui membra sunt diaboli; hoc enim noueris, quòd multo intentius suã diabolus malitiam exerceat in hæreticis, quàm in energumenis. APOLLONIVS: Possunt energumeni, id est obsessi a diabolo, habere charitatem? CÆSARIVS: Etiam, sicut superius dictum est, non in animabus, sed in corporibus est.

## CAPVT XXVI.

*Per im-  
precatio-  
nē irati  
parentis,  
filia obsi-  
detur à  
diabolo.* **M**VLIER quædam in Briseke satis crudeliter hoc anno vexabatur. Hanc diabolus cum esset quinquennis hoc ordine intrauit. Die quadam cum lac manducaret, pater eius iratus dixit: Diabolum comedas in ventrem tuum. Mox puellula sensit eius ingressum, & vsque ad maturam ætatem ab illo vexata est. Hoc anno primū meritis Apostolorum Petri